

128
HALA 128

SUA FELICITATE

TRIUMPHANS,

CUM

SERENISSIMUS AC POTENTISSIMUS

PRINCEPS AC DOMINUS,

DOMINUS

FRIDERICUS
VVILHELMUS,

MARCHIO BRANDENBURGENSIS

S. R. I. ARCHICAMERARIUS ET PRIN-

CEPS ELECTOR

&c. &c. &c.

UT

PRIMUS DUX MAGDEBURGENSIS

EAM INGREDERETUR,

HOMAGII SIBI SACRAMENTO

PRÆDICTI DUCATUS ORDINES

ET STATUS PROVINCIALES

OBSTRACTURUS,

REPRÆSENTATA

à

SERENITATIS SUÆ SUBJECTISSIMO

GEORGIO HENRICO Brücknern/ J. U. D.

ET IN ACADEMIA HIERANA PROF. P. ORD.



HALLIS SAXONIÆ,

LITERIS SALSFIELDIANIS,

HALA TER FELIX, TER BEATA!
 EC AURORA TOTA AUREA EST, QVIN PLUS QVAM AUREA,
 CUM AURO CONTRA CARAM ADVEHAT FELICITATEM:
 HÆC DIES CALIGINIS NESCIA EST,
 QVA ULLA ILLUXIT VIX SERENIOR:
 DIGNA QVÆ NOVA ILLUSTRATUR STELLA
 HÆC DIES ALBO SIGNANDA EST LAPILLO,
 LAPIDES QVÆ NON AFFERT,
 NEC FATA SAXEA,
 O SAXONUM HALA!

MOLLISSIMA HÆC FATA SUNT,
 QVIN ADMIRANDA PRORSUS:
 HEM FUNUS FOENORI TIBI EST!
 TUMULUS THALAMUM STERNIT FORTUNÆ BLANDISSIMÆ,
 LACRYMÆ PARIUNT JUBILA,
 MORS VITAM ENITITUR.

QVID AMBIGIS? QVID HÆSITAS?
 PERNOSTI QVID CONTIGERIT.
 AUGUSTUS EXPIRAVIT TUUS,
 NOMINE NON MODO,

SED ET
 OMINE AUGUSTUS.
 EXPIRAVIT AUGUSTUS, SED PRINCEPS LONGE AUGUSTIOR,
 QVIN AUGUSTORUM PRINCEPS
 ET PRINCIPUM AUGUSTUS
 HODIE INTRA MOENIA TUA
 SPIRAT,
 SPIRAT AMOENISSIME,
 SPIRAT, UT ET TU RESPIRES,
 SPIRAT, NE UNQVAM DESPERES,
 SPIRAT MERAM CLEMENTIAM.

HIC
 FUNUS IN FOENUS FELICITATIS,
 TUMULUM IN THALAMUM HONORIS,
 LACRYMAS IN MILLE JUBILA,
 MORTEM IN VITAM EXOPTATISSIMAM
 COMMUTAVIT.
 SED QVIS PRINCEPS TAM AUGUSTUS TAM ADMIRANDUS
 CLUET?

ROBERTUS V. WILHELMUS
ELECTORUM POTENSTISSIMUS,
POTENTUMQVE LECTISSIMUS,
NOMINE ELECTOR, REX POTENTIA,
GVELPHORUM SOBOLES,
STEMMATE SUO LONGE MAJOR,
LONGE EMINENTIOR,
PRINCEPS VERE MAGNUS,
MAGNUS VIRTUTE,
PIETATE MAGNUS,
MAGNUS GLORIA,
INNUMERA SUNT *MAGNI HUIUS PRINCIPIS* MONUMENTA;
MARE CITIUS EXHAUSERIS,
QVAM HANC ABYSSUM.

SINT NUPERA GESTA INSTAR OMNIUM,
CUM HOSTIS NON LILIA, SED SPINAS
SPARGERE GERMANIÆ VIDERETUR,

TANTUS PRINCEPS
PRIMUS RESTITIT ET ULTIMUS,
PRIMUS PROMPTITUDINE,
ULTIMUS CONSTANTIA.

RESTITIT ANIMO, RESTITIT CONSILIO,
RESTITIT ARMIS,

NON TIMIDUS NEQVE TEMERARIUS,
SED FORTISSIMUS GERMANICÆ LIBERTATIS ASSERTOR,
ET VINDEIX INCOMPARABILIS,
NEC ENIM PAREM FACILE HABUIT.

INCLYTUS HIC HEROS
NE PIETATEM IN GERMANIAM EXUERET,
INDUERE ARMA VOLUIT;
NE GERMANA CADERET FIDES,
STARE IN ACIE VOLUIT IPSE,
VERE GERMANUS.

DESERTUM SE ALIQVANDO VIDEBAT,
SED ESSE DESERTOR NOLEBAT FOEDERUM.
HINC FIDEM EJUS & HOSTIS DILAUDAVIT;
SED ET EXPERTUS EST FORTITUDINEM.

RHENI ET VISURGIS AQVÆ
NUNQVAM ELUENT EJUS MEMORIAM,
QVAM NEC SEPTENTRIO TENEBRIS INVOLVET,
CUJUS IPSE GLORIAM OBSCURAVIT,
ET TANTUM NON INGLORIAM REDDIDIT,
QVOD HAUD OBSCURE EVINCIT
DEVICTA POMERANIA.

SIC REAPSE DOCUIT,
VANUM ESSE POETAM FINGENTEM:
NULLAM ESSE PIETATEM FIDEMQVE VIRIS, QVI CASTRA SEQVUNTUR,
NONNE CASTRA BRANDENBURGICA
CASTA PIETATIS TEMPLA FUERE?

OPTIMUS ELECTOR?

HIC

FUNUS IN FOENUS FELICITATIS,
TUMULUM IN THALAMUM HONORIS,
LACRYMAS IN MILLE JUBILA,
MORTEM IN VITAM EXOPTATISSIMAM
COMMUTAVIT.

PROFECTO GERMANIAM IN GERMANIA NUNC VIX INVENIRES,
NISI IN **FRIDERICO VVILHELMO**
GERMANAM FIDEM INVENISSES.

O GERMANI GERMANI,
OFFERTE PRINCIPI CORONAM CUM LEMMATE:
CIVIUM GERMANIÆ SERVATOR.

ET TU HALA SAXONUM
NECTE LAURUS, NECTE PALMAS:
PRÆSTA FIDEM EI CUJUS FIDES NUNQVAM FUIT SUBLESTA,
PRINCIPI TE SUBMITTE,
QVI NULLIUS UNQVAM VITII IMPERIO SE SUBMISIT,
AMA SUBJECTISSIME,
QVI SUO MERITO CUM TITO AUDIT:

AMOR ET DELICIAE GENERIS HUMANI.

ACCLAMA EI FELICITER,
CUJUS FELICITATEM HÆC DIES CLAMOSIS JUBILIS
PERORAT.

PRECARE, PRECARE MECUM:
VIVAT

FRIDERICUS VVILHELMUS,

SUMMUS PRINCIPUM,

TRAJANO MELIOR

AUGUSTO FELICIOR;

VIVAT SIBI, VIVAT SUIS, VIVAT TOTI GERMANIÆ,

VIVAT CUM SERENISSIMA CONJUGE,


VIVAT CUM SERENISSIMO ELECTORATUS HEREDE,

PATERNARUM VIRTUTUM EX ASSE HEREDE,

VIVAT CUM UNIVERSA SERENISSIMA DOMO,

VIVAT DIU, VIVAT EX VOTO!

VIVAT JO ! VIVAT.



128

HALLA

128

SUA FELICITATE
TRIUMPHANS,

SERENISSIMUS
PRINCEPS

DO

FRIDERICUS
WILHELMUS

MARCHIO BRANIBURGENSIS
S. R. I. ARCHICAMERARII
CEPS ELECTORIS
&c. &c.

PRIMUS DUX MARCHIONUM

EAM INGR

HOMAGII SIBI
PRÆDICTI DUCIS
ET STATUS P
OBSTRIC

REPRÆSEN

SERENITATIS SUAE
GEORGIO HENRICO

Brücknern / J. U. D.
ET IN ACADEMIA HIERANA PROF. P. ORD.



HALLIS SAXONIÆ,
LITERIS SALSFELDIANIS,

